



eam. Peribente flagellato. Stultus sapien-
 torum erit. Si autem corripueris sapientem.
 intelliget disciplinam. Qui affligit patrem
 et fugit matrem. ignominiosus est et infe-
 lix. Non cesses fili audire doctrinam. nec
 ignores sermones scientie. Testis unguis
 deinde iudicium. et os impiorum deuo-
 rat iniquitatem. Pa-rata sunt derisoribus
 iudicia. et malle percutientes stultorum
 corporibus. Lyruriosa res uniuersa. et tumultuosa
 ebrietas. Quicumque his delectatur.
 non erit sapiens. Sicut rugitus leonis.
 ita et terror regis. Qui provocat eum. pec-
 cat in animam suam. Honor est homini.
 qui separat se a contentionibus. Omnis autem
 stultus. misentur contumelijs. Propterea
 frigus piger atare noluit. mendicabit
 et esuriet et non dabitur ei. Sicut aqua per
 funda. sic consilium in corde iuri. Si homo
 sapiens exhauret illud. Multa homines
 misericordes uocantur. iurum autem si
 delem quis inueniet. Iustus qui ambulat
 in simplicitate sua. beatos post se filios
 derelinquet. Rex qui sedet in throno iudicij.
 dissipat omne malum in manu suo. Quis
 potest dicere mundum esse cor meum. pur-
 sum a peccato. Pondus et pondus. men-
 sura et mensura. utrumque abominabile
 est apud dominum. Ex studijs suis intelligatur
 puer. si munda et recta sunt opera eius. Aure
 audientem et oculum uidentem. dominus
 fecit utrumque. Noli dilgere somnum. ne
 te egestas opprimat. Apertis oculis tuis. et
 sanitate panibus. Malum est malum
 est. dicit omnis emptor. et cum recesserit
 tunc gloriabitur. Aurum et multitu-
 do gemmarum. et uas preciosum. labia
 sapientie. Tolle uestimentum eius qui fi-
 de uisus. existit alienus. et pertransit au-
 ter pignus ab eo. Suauius est homini pa-

nis mendacij. et postea implebitur os eius
 calculo. Cogitationes consilijs roborabun-
 tur. et gubernaculis tractanda sunt bella.
 Et qui reuelat misteria et ambulat fraudu-
 lenter. et dilatat labia sua. ne commiscea-
 ris. Qui maledicit patri suo et matri. exan-
 guetur lucerna eius in medijs tenebris.
 Hereditas ad quam festinatur in principio.
 in nouissimo benedictione carebit. Ne di-
 cas reddam malum. expecta dominum et libe-
 rabit te. Abominatio apud dominum. pondus
 et pondus. Statuta dolosa. non est bona. A
 domino gressus iuri diriguntur. Quis au-
 tem hominum intelligere potest uiam
 suam. Ruina est hominum deuorare sanctos.
 et post uota tractare. Dissipat impios rex
 sapiens. et incuruat super eos fornices. Lucerna
 domini spiraculum hominis. que in-
 uestigat omnia secreta uentris. Misericordia et
 ueritas custodiunt regem. et roborat cle-
 mentia thronus eius. Exultatio iuuentis.
 fortitudo enim. et dignitas senum can-
 ties. Locus uulneris abstergit mala. et
 plaga in secretionibus uentris. Sicut diuisi-
 ones aquarum. ita cor regis in manu domini.
 Quicumque uoluerit inclinabit illud. Omnis
 uia iuri recta sibi uidetur. appendit au-
 tem corda dominus. facere misericordiam et
 iudicium magis placet domino. quam
 uictime. Exaltatio oculorum et dilatio cor-
 dis. lucerna impiorum peccatum. Cogita-
 tiones robusta semper in habundantia. Omnis
 autem piger semper in egestate est. Qui con-
 gregat thesauros lingua mendacij. uan-
 et excors est. et impingetur ad laqueos
 mortis. Rapina impiorum detrahet eos.
 quia noluerunt facere iudicium. Pala-
 uia iuri aliena est. Qui autem mundus est.
 rectum opus eius. Melius est sedere in
 angulo dogmatum. quam cum muliere

xxi.

Stilena Pla.

gubernat rectum